

quasi Deum adiutorem invocaret, erecto in caelum capite, plus solito rudere cepit: sicque diuina potentia ab hostis indignitate est erepta.

Ideo ab obliuissis & piffimè adhibendum.

Quare frequentissimè salutis signum in maleficijs soluendis adhibendum est, sicut in Rituali Romano, & Canonibus ordinatur, cap. *Ecclesiasticarum* d. 11. ubi Glossa docens, in quibus membris crucis signaculum fieri debeat *de consecrat.* d. 4. cum illud demones valde pertimescant; & nihil tam sollicitè eius ministri malefici caueant, quam ne signum illud salutare à circumstantibus efforhetur.

Propterea concludit S. Ephrem Syrus in *sermone de sancta, & uinisifica cruce, apud Patrum Canisium part. 4. Auctoritatem S. Script.* & S. P. P. nos adhortans ad pingendum illud signaculum in omnibus, quæ ad nos spectant, ad demones fugandos. *Nos Christiani,* inquit, à *Gentilibus, & à Iudeis declinemus, & possessique nostros pretiosa, ac uinisifica cruce coronemus, dicentes cum Apostolo: Mihi abis gloriosi, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Pingamus in iannuis, & arque in frontibus nostris, & in ore, & in pectore, atque in membris omnibus uinisificum signum. Atremisi in superabili hoc christiano-rum armatura. Hoc enim signo conspecto aduersaria potestates conteritur tremente, & recedunt.*

Galat. 6.

§. IV.

889 **H**anc Sacratissimam Crucem, quam Dominus noster Iesus Christus suo pretioso sanguine, ac iacratissimi corporis contactu decorauit, à nobisque adoratione lætriz, quæ soli Deo conuenit, prout refertur ad prototypon, id est ad Christum ipsum Deum, & hominem, adorari uoluit, ut nobis etiam hoc nostro æuo patèsceret, quanti faciat, ac illam magni faciat, in imagine picta in pariete Sæculi existentis in extremitate muri claustræ Conuentus nostri Sanctæ Mariæ Gratiarum Bergomi, extra antiqua ipsius Urbis membra ædificati, quadam die præsentibus aliquibus personis Iesus Christus, qui in illa imagine Crucem baiulabat, se erexit, ac Crucem, quam prius super humeros inclinatus deferbat, erectus, illam amplexus est.



Quòd Iesus Christus Crucem in illa imagine prius baiularet, id est super humeros curuatus, & inclinatus deferret, constat ex sequenti sacra historia relata à Keuerendis. Padre F. Francesco Gonzaga prius totius Ordinis S. Francisci Ministro Generali, deinde Episcopo Mantuano in opere ab ipso edito *de Origine Seraphicæ Religionis Franciscanæ part. 2. ubi agit de Provincia Brixia, de Conuentu Sanctæ Mariæ de Gratijs, Conn. 2. typis impresso Romæ anno ab incarnato Verbo 1587. deinde Veronetijs anno 1603. Vbi post narrationem, ac descriptionem prædicti Conuentus nostri, & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Gratijs refert quæ sequuntur dicens:*

A parte huius Sancti templi posteriore iniussu licet Christi Domini Seruatoris nostri Crucem baiulantis, imaginem, quæ superioribus annis quadragesimali tamen tempore miraculis conseruare cepit adeo ut undique fideles ad eam confluere cepit quorundam etiam oblationibus ara, sacellumque ad Missas celebrandas ibidem satis elegantem, constructa fuit. Cuius quidem deuotionis, atque mira-

culorum hac fuit origo. Dum casu die quadam fortis plueret, ac quidam adolescens, qui adhuc superest, ceteri gradu pluuie uilanda causa illic pertransiret, oculorum aciem sorte fortuna in huiusmodi Christi imaginem direxit, sanguinemque ex sacro eius capite profluentem conspexit: quapropter sui oblitus, ac genuflexus clamitare cepit, miraculum, misericordia, & his similia. Quod cum cõmici audissent, atq; ad eundem locum tenderent, uniuersa Ciuitatis commota fuit. Reuerentem ad illiusmodi Borromensis apostolicum Vicarium Archiepiscopum, atque S. R. E. Cardinalem, nec non tunc Diocesiss Bergomensis apostolicum Vicariatum delata, Bergomum is accedens, atque superstitutionem sub specie pietatis latentem prudenter pertimescens, iubet Sacellum de nouo erigendum deservi. Cumque Bergomas scitatus eius imperio resisteret, assereretque uniuersam Ciuitatem commendandam, atque faciliè ibi seditionem prorupturam, quod maxima in huiusmodi locum deuotione, ac religione ferretur, subiecit grandævum quidam, ac pius Bergomatis Ecclesiæ Canonicus, maturiori consilio eo in negotio procedendum fore: insuper & recentissimum huiusmodi miraculum in medium adduxit; Panperculam scilicet mulierem à quiddecim annis claudam, viribus omnimò exhaustam, quæ & pro optata salute assequenda, quicquid honorum obtinebat, consumpsisset, ac depauperata omnino ad commune Ciuitatis Xenodochium se contulerat, post Missæ eo in sacello auditionem, ac voti à se emissi solutionem, integransospitatem ex tempore, toto circumspicente populo, assequutam fuisse. Quapropter præfatus Cardinalis (qui fuit Sanctus Carolus Borromeus) diligenti de huiusmodi miraculo examine, suasque veritate comperta, à proposito debito, inuase etiam vota præfate imaginis humilime obtulit.

Confirmat hanc veritatem P. Lucas P. V. aduulgus Hibernus tom. 5. Annualium Minorum: Anno Christi 1422. Martini P. anno 5. pagina 152. ubi ait: A posteriori parte templi habetur in magna veneratione Imago Christi Domini crucem ferentis, miraculis, quæ B. Carolus Borromeus examinavit, nec non frequenti populi concursu, celeberrima.
*Ex præcedentis historię sacre verbis illis (iniussu licet Christi D. Seruatoris nostri Crucem baiulantis imaginem) apertissimè colligi potest, Dominum nostrum Iesum Christum in prædicta imagine non antea erectum Crucem amplecti; sed illam baiulare, id est super humeros inclinatum deferre; baiulare enim ut explicat Ambrosius Calepinus, verbo *baiulo* proprie est deferre aliquod onus super humeros, sicut & balulus italico idiomate dicitur *il. Facchino*, scilicet, qui onera suo corpore victus querendi gratia portat: ex Cicer. in *Parad.* Quod magis constat ex antiquis multis tabellis in parietibus dicti Sacelli, ac Oratorij conuiguis appensis, in quibus Imago Iesu Christi Crucem baiulantis conspicitur depicta; quarum vnica ex maioribus, & antiquioribus hic subiicitur confideranda, & adoranda.*

Imago Iesu Christi D.N. excisus in Sacello S. Marię Gratia-
rum Bergomi, quę miraculosę Sanguinem emisit.



Ex precedente Imagine Iesu Christi D.N. plane constat, tunc, quando ille Iuuenis à P. Gonzaga, supra relatus sanguinem ex sacro Iesu capite fluentem conpexit: similiter & quando S. Carolus Borromeus Archiepiscopus Mediolani, ac Visitator Apostolicus Diocesis Bergomensis illud Sacellum Iesu destrui iusserat; sed postea mutatus illi Imagini etiam in illa Imagine inclinatum Crucem batiulasse. Quod autem postea miraculosè se erexit, ac Crucem, quam batiulabat amplexus sit, manifestè probatur ex sequenti scriptura ab Adm. R. P. F. Leone ab Albentio Ministro Prouincialis Reformatæ Prouincię Brixie, cuius & ego alumnus sum, mihi Venetiis directâ die 27. Ianuarij 1668. cui ipse calculum album addidit: & à me ex italico idiomate pro vniuersaliori totius Christianę Reipublicę intelligentia in latinum conuersa; quæ talis est.

In Christi Nomine. Amen.

Die Veneris decima Octobris 1608. in Ecclesia Sanctę Marię, apud Ecclesiam S. Marię Gratiarum Bergomi, &c.

Constitutus coram Excellentissimo D. Ioanne Paulo Ferrario Regatiolo Doctore, ac D. Francisco filio q. D. Antonij Benalei, & me Fr. Iacobo Cominaccio à Luere Fratre professo commemorante in dicto Conuentu S. Marię Gratiarum animam agente exriter vigesimo secundum, ac coram Reuerendo Patre F. Syluestro de Nobilibus à Bergamo Sacrista cõmorante in eodem Conuentu Sanctę Marię Gratiarum; nec D. D. Antonio, ac Nicolao Fratribus de Benaleis filijs supradicti D. Francisci, primo nempe Antonio annos nato 14. altero vero 13.

Franciscus filius q. Petri de Bucis incolę Suburbij S. Leonardi in Via Brustie in domibus S. Rochi

H h h h

etate

etate annorum circiter 11. cuius mater vocatur Honesta de Solarisxor derelicta à q. Petro supradicto, qui magistratus erat; & impresentiarum predictus filius vixit sub cura matris suae predictae simul cum duabus suis sororibus, quarum vna vocatur Catharina, altera Dominica.

Interrogato suo interrogatus respondit:

Cum essem quadam die Lunæ, nempe 15. Septembris proximi præteriti in domo mea in suburbio S. Leonardi, vocatus fui à Domina Catharina filia q. D. Jacobi Benalei, vxore Domini Salz habitantis propè Ecclesiam S. Rochi, quæ me rogauit, vt vnâ cum sorore mea Dominica, quæ habitat in domo ipsius D. Salæ, ac prædictæ D. Catharinæ eius coniugis, ire vellem ad desiderandum prandium eorum operarijs, qui stipulam metebant in quodam agro aratiuo, ac vite referto, qui facit propè Calalinum. Quare nos ambo iuimus, ac detulimus dictum prandium. Cum autem peruenissemus ad Sacellum Iesu Conuentus S. Mariæ Gratiarum, quod est proximum dicto agro hora, qua pro missa solemni in Vrbe campanæ pullantur, nos simul genufleximus ante dictum Sacellum Iesu extra transfennam, seu cancellos ferreos, ego præcipue, gratia Dei, vidi, quod figura, seu Imago illius Christi, qui ibi est intra crystallos supra Altare prædicti Sacelli, indutus veste alba, se ipsa surrexit itans, crucem, que ab humeris absculit, & eam desuper caput suum eleuans, ipsam ante seipsum posuit manibus tenens, eo quidè modo, quo hodie ab omnibus conficitur. Ego tunc hoc videns statim vocaui sororem meam Dominicam, & dixi: Videas modo, quod eleuauit Iesum exstertem intra crystallos, eique narrauit omnia, quæ supra dixi. Ipsa autem Dominica soror mea vidit cum duntaxat erectum eo modo, quo impræsentiarum conspicitur, sicut ipsa mihi dixit.

Interrogatus. Dicitur mutatio Crucis, prædictæ, que erectio Imaginis Iesu, quam à te visam mihi narraui, facta est ne repente, seu in instanti, vel successiue, uel, in aliquo temporis spatio?
Respondit: Facta est citissime, & in instanti.
Interrogatus. Tunc temporis soror tua Dominica quid aspiciebat?

Respondit: Ipsa aspiciebat tabellas appensas ad parietes pro votis, in quibus depictæ sunt gratiæ, ac miracula facta à Domino Iesu Christo, & dicebat: O quot gratias, & miracula fecit iste Iesus! & dum hæc verba proferebat, aspexit dictum miraculum, & quæ supra enarraui. Et tunc recitaueram tantum bis Paternoster &c. & totidem Ave Maria, vique ad numerum quinarium. Et postea statim profecti sumus in campum ad ferendum prandium operarijs, quia tunc pluere incipiebat.

Interrogatus. Narraui ne hoc factum distis operarijs?

Respondit: Postquam peruenimus illuc, pluebat, idcirco illis tradidimus prandium, & statim regressi sumus ad domum illorum, à quibus missi eramus, & ibi soror mea Dominica

annos 12. nata narrauit D. Catharinæ eius heræ totum id, quod videram, & actum erat in Sacello Iesu, cum in domo ipsius essemus, vt dixi. Sed Elisabeth, quæ in domo prædicti Salz habitabat, de hac re sororem meam irridere cepit dicens: Erantne fortasse Iesus detasigatus, ita vt se subleuare opus haberet. Quod statim mihi à sorore mea relatum est.

cui respondi: hoc dicere est peccatum: quia hoc certissime verum est. Sed statim ego discessi missus à matre mea ad Gussingham, ad visitandum meam matrinam, vt ab ea scirem, quando erant metituri milium, vt postea item ad reliquias millj colligendas. Sic hora vespertina Bergomum regressus sum, ac mane sequenti mihi fuit relatum, quod multitudo populi conuenerat ad Sacellum. Iesu ad videndum dictam mutationem, & miraculum à me visum, & narratum, vt viderent, ac cognoscerent, si verum erat id, quod dixeram. Eodemque mane fui requisitus à Ren. P. F. Francisco de Curte Guardiano Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum, qui interrogauit de prædictis, cui omnia narraui, sicut, & nunc facio, coram quodam Patre, cuius nomen ignoro, qui scripsit opus meum dictum.

Interrogatus. Si dicta D. Catharina, ipsa profecta sit die 15. Septembris ad dictum Sacellum. Iesu ad videndam mutationem factam in Imagine Iesu?

Respondit. Ego intellexi, quod ipsa iuit ad videndum simul cum alijs suis domesticis: quia de hoc fuit certior facta etiam à quadam sorore Margarita tertij Ordinis Sancti Francisci. Idcirco ipsa postea mihi dixit, quod ego veritatem dixeram. Et hæc sunt &c. & relictum confirmauit.

Interrogatus. Fuisi ne informatus ab aliquo, vt dicere deberes, ac narraue hoc factum eo modo, ac forma, qua tu narraui?

Respondit. Certe non fui ab aliquo informatus, vel instructus de hac re; sed narraui pure, & simpliciter ad laudem, & gloriam Deitæ, quod vidi ætatis annorum circiter vixdecim.

Ego Frater Iacobus Commacius à Luere scripsi manu mea propria, & subscripsi in fidem prædictorum ad laudem, & gloriam Dei.

Ego Ioannes Paulus de Ferrarijs Regatolus Doctor, sui præsens vt testis ad laudem, & gloriam veritatis sanguinis Christi, & splendorem ipsius: die supradictæ.

Ego Franciscus Benaleus Cuius Bergomas sui præsens vt testis ad laudem, & honorem Altissimi Dei.

Ego Antonius Benaleus sui præsens, vt testis omnibus supra narratis; & hoc ad laudem Domini nostri Iesu Christi.

Ego Nicolaus Benaleus sui præsens, vt testis eunctis supra scriptis ad laudem, & honorem Mostestæ is Dei, & gloriam eius.

Ego Fr. Syluester de Nobilibus à Bergomo Sacrosacerdos, ac Sacrista supra scriptus sui præsens, vt testis ad laudem, & gloriam Dei.

Ex supradicta enarratione, ac fidelium frequen-
tia, qui quotidie, præcipue diebus Veneris magna
devotione ad dictum Sacellum conflunt ad oran-
dum ante illam sacram Imaginem Sanctissimi D.
N. Iesu Christi; & ex numero quasi sine numero
votorum, ac tabellarum appensarum, ac donatio-
rum, que continud offeruntur, nobis innotescit
multitudo beneficiorum, ac gratiarum, quas obti-
nent in suis necessitatibus spiritualibus, ac corpo-
ralibus devoti Christi fideles, qui magna fiducia
seipsos ei commendant.

Ego Fr. Donatus à Bergomo Secretarius attestor
me desumpsisse ad litteram supra scriptum ex par-
vo libro, qui conservatur in dicto Sacello Sanctissi-
mi Iesu.

Ego Fr. Leo ab Albenio Minister Provincialis
Ordinis Minorum Strictionis Observantis Provincie
Reformate Brixiæ omnibus prædictis, ac supra-
scriptis manum meam apposui, ac sigillo huiusce
nostre Reform. Provincie muniui, ac robur addidi.

Locus ✠ Sigilli.

Ad maiorem prædictæ veritatis confirmationem
additur prædictis sequens attestatio.

Die 25. January 1668. cum ego Fr. Candidus
Brognolus huiusce Alexicakon Auctor essem in
domo D. Alexandri de Celinis Civis Bergomatis
diu Venetiarum incolæ, loquens cum Domina Ca-
tharina filia q. D. Ioannis Baptiste Celini Civis Ber-
gomatis sorore prædicti D. Alexandri annos nata

sexaginta iam ab aliquot annis vidua derelicta à
viro suo, que circiter ab annis decem huc habita-
re venit in domo prædicti Fratris sui, præsentibus
infra scriptis duobus Sacerdotibus mihi enarravit:
cum esset adolescentula amorum circiter duode-
cim Bergomi se pluries antuisse quandam mulie-
rem nomine Martbam de Licinis Civibus Bergoma-
nibus habitantem in Suburbio S. Leonardi in Prato
propè columnam, asserentem, & affirmantem, se,
dum orationem Deo efunderet ad Sacellum San-
ctissimi Iesu Conventus Sanctæ Mariæ Gratiarum,
vidisse Imaginem Iesu supra Altare intra crystal-
los existentem in pariete depictam, que prius in-
clinata super humeros crucem deferabat, se eleva-
se, ac crucem ex humeris deposuisse, eamque ere-
ctam manibus simplesse, & amplexam esse eo mo-
do, quo nunc aspicietur. In quorum scilicet, quia

scribere nescit, fecit hoc signum. ✠

Ita est, ego Presbyter Pellegrinus de Leonardis
Venetus.

Ita est, ego Fr. Albertus à Foresto Sacerdos Ord.
Min. Strictionis Observ. Provincie Reformate Bri-
xiæ socius Reu. P. Candidi prædicti.

Ita est, ego Fr. Candidus prædictus, qui supra-
dicta vera esse etiam à Religiosis meis Maioribus
audivi.

Vt autem magis, ac magis omnibus innotescat
prædictæ Imaginis mutatio facta instantaneè hora,
sexta diei 15. Septembris 1668. qui immediatè fe-
stum exaltationis S. Crucis sequitur, fidelium ocu-
lis eo modo, quo à prædicta hora visque ad præsen-
tem diem manet, ac semper manet, subijcere con-
venientissimum duxi. Quam genuflexus tu, o devo-
tè Christiane, attentè aspice, ac humiliter adora.



ARTICVLVS II.

De Sancto Euangelio.

900 **D**iuinam Sancti Euangelij vim luculenter declarat Paulus Roman. 1. cū dicit: *Non erubescit viri virtus Euangelium; Virtus enim Dei est in salutem omnium corda decedentis. Iudæo primum, & Græco.* Cuius verba à fidelibus deuote recitata: vel typis, aut scripto exarata. apud se ab eisdem fiducialiter declarata maxime perè iquant contra demones.

Sine verbo profertur. Primum ex praxi Ecclesię patet, quæ, dum sacra mysteria peraguntur, Euangelium publicè recitat, multis cætemonijs adhibitis, quæ mysticas continent rationes; inter quas vna ex præcipuis est confersio Diaconi ad Aquilonem. Quid enim per Aquilonem, nisi Diabolus designatur? Quid per ven-

tum ex parte aquilonari stantem, nisi machinamenta diabolica? *Ab Aquilone*, inquit Propheta Ieremias cap. 1. *panatur omne malum.* Ideo illud proferre vult sponsa, tanquam horto Ecclesiastico suis impuris flatibus noxium, cū dicit Cantic. cap. 4. *Surge aquilo, veni auferre, perfa hortum meum, iustitiam fugiat diabolus, & Spiritus Sanctus accedat.* *Resse* verò, ait Guilielmus Mimatenis in suo Rationali cap. 24. *contra diabolum legitur Euangelium, ut illam sua virtute expellat: quoniam diabolus nihil tantum odit, quantum Euangelium.* *Aquilo ventus frigidus diabolum significat: cum ergo fides in Euangelio cogitatur, que est armatura nostra contra diabolum, merito legitur contra illum.* Quod etiam ab Ecclesiasticis Mimitis priuatim agitur, dum contra dæmonem corpora possidentein, aut inorthos inrentem colluctantur. Nam ex Rituali Romano Euangelium legunt, præcipue ex Marci 16. Lucæ 10. & 11. desumptum.